



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

liquis rationibus formalibus aliorum prædicamentorum. Quæ omnia locis citatis latè explicata sunt.

Creatio & mutationes
sunt mutationes
vera actio
predicamen-
talis.

Iuxta hanc ergo sententiam dicendum est, creationem, qua Deus res creatas produxit, non esse quidem mutationem propriæ loquendo: eò quod propriè non sit inter duos terminos, neque in ea datur subiectum, quod de uno termino transeat in aliud, que duo mutatio propriæ dicta requiri: esse tamen influxum realem & absolutum, quo creaturæ ex tempore emanant à Deo, eundemque influxum habere realem identitatem cum creaturis productis, verum ab eis formaliter distingui. Additamen, influxum, vt est Dei per eum tamquam per actionem conferentis esse rebus creatis, esse veram actionem de prædicamento actionis existentem in creaturis ipsiis tamquam in subiecto, denominantemque Deum ex tempore denomination extrinseca creantem & producentem creaturas. Eudem verò influxum, vt eo creature recipiunt esse, passim producunt in rerum natura, esse veram passionem de prædicamento passionis, distinctam formaliter à creatione actiua, & à termino producto, nempe à creature, que pacto spectata, creatio passiva dicitur. Quod fit, vt non solum mutatio & motus rationem induant actionis & passionis, sed etiam omnis vniuersum influxum, ac productionem rei essentialem distingue à producente, esto nec motus sit, nec mutatio. Aristoteles autem, quia solum loquebatur de actione, & passione naturalibus, quæ semper sunt coniuncta cum motu aut mutatione: eò quod naturale agens producere nequeat nisi ex subiecto presupposito: mirandum non est, si actionem & passionem, de quibus illi erat sermo, per motum ac mutationem, tamquam per fundamentum rationis formalis talis actionis & passionis, explicauerit.

Creatio an-
si creature.

Quod si quis petat, vtrum eiulmodi actiua & passiva creatio si creature? Dicendum est, esse creaturam, vt creature id etiam dicitur, quod concreatur, non tamen indigere alia creatione, per quam creetur, sicut enim motus, mutatio, actioneque & passiones rerum naturalium, non producuntur per alias mutationes aut actiones, sed se ipsis comproducuntur vñà cum terminis, vt in Physis, ac alias sepe explicauimus: sic etiam creatio non creatur per aliam creationem, sed se ipsa comproducit, & concreatur vñà cum termino, seu, quod idem est, ad productionem & creationem termini.

Hinc intelliges creationem, quatenus est actio transiens, qua Deus res creatas producit, non esse medium quid inter creatorem & creaturam, quasi detur quid reale, quod neque creator sit, neque creature, dummodo creature sumatur latè, vt comprehendit etiam id quod concreatur vñaque cum aliis seu ad productionem aliorum accipit suum esse à Deo. Sicut enim ex eo quid agentia naturalia producunt suos effectus per actiones distinctas formaliter, tam à principiis efficientibus, quam à terminis, non sequitur dari rationem formalem realem, que media sit inter agentia & res productas, quasi detur ratio formalis realis, que nec producens sit, nec producita, modò productum sumatur latè, vt comprehendit etiam comproductum: ita etiam in re propria non sequitur dari medium inter creatorem & creaturam, modò creature similiter sumatur latè, vt comprehendit etiam concreatum.

Creatura,
aque effe-
tus relati-
ad creator
silum distin-
guis for
maller à ro
ter. Scot. verò q. s. citata id negat, assecuratq; solùm

Quod attinet ad relationem effectus ac dependencia creature ad creatorē, est controversia vtrum distinguatur realiter à creature. Et quidem Cajetan, Ferrar. & Capreol. loc. cit. affirmant, distinguiri realiter. Molina in D. Thom.

A distingui formaliter, cùm tamen de aliis relationibus idem Scotus dicat, eas distingui realiter à suis fundamentis. Dicendum est nihilominus, omnem vniuersum relationem, atque adeò etiam hanc de qua est sermo, distingui solum formaliter à fundamento. Neque esse aliquod absurdum, accidentis aliquod de predicamento accidentis, & esse verum accidentis, & esse nihilominus idem realiter cum substantia, quod nonnulli ex prædictis autoribus ventur astruere de relatione effectus ac dependencia, quæ immediatè fundantur in substantiis creatis.

ARTICVLVS IV.

Vtrum creari sit proprium compositorum & subsistentium.

Q Vx hoc articulo notari poterant, dicta sunt articulo primo.

ARTICVLVS V.

Vtrum solius Dei sit creare propria virtute.

DISPUTATIO I.

D Vobis modis intelligi potest, rem aliquam creare propriæ virtute. Uno, quasi virtus illa ita sit illi propria, vt non habeat illam acceptam ab alio, & cùm hoc apertissimum sit proprium Dei, notissimum est solius Dei esse, iuxta eum modum, creare: neque id est quod in controversiam hoc loco adducitur. Altero modo intelligi potest rem aliquam creare propriæ virtute, quasi illi insit suæ natura: eo modo, quo igni conuenit vt sit calidus, animali sentire, & homini intelligere, sive illam accepit efficienter ab alio, quo pacto causa omnes secundæ à prima accepterunt virtutes omnes sibi propriæ & connaturales, sive non, quo pacto solus Deus habet vim ad agendum. Atque in hoc sensu in controversiam vocatur hoc loco, vtrum solius Dei sit creare per virtutem hoc modo propriam: an verò id conuenire etiam possit alicui alteri agenti, quod proinde tamquam agens principale, vt distinguitur contra instrumentale, creat. Quod enim aliquid virtute sibi innata, eoque modo propriæ efficit, regulariter id efficere tamquam agens principale, vt distinguitur contra instrumentale.

Illud deinde est notandum, in dupli sensu disputari posse, an creare propria virtute hoc secundo modo sit proprium Dei. Alter est, de facto, ita scilicet ut ad creationem eorum omnium, que facta sunt, nulla alia concurreat causa, à qua fuerint creata, præter Deum. Alter verò, an poterit Deus efficere creaturam aliquam, quæ propria virtute aliquid crearet.

In priori sensu nullus Catholicorum est, qui dubitet, partem affirmantem esse veram: contrarium verò est sane error in fide. Id namq; ex historia ipsa creationis rerum, qua Genef. 1. habetur, constat. Item ad Heb. 4. *Qui omnia creavit*, ait Paulus, *Deus est*. Ecclesiastici 18. *Qui vivit in eternum, creavit omnia sim!* In symbolo missæ. Factorem coeli & terre, visibilium, n. omnium & inuisibilium. In Concil. Lateran. 2. cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica, Deus dicitur vnum vniuersorum principium, creator omnium inuisibilium & visibilium, & spiritualium & corporalium, qui sua omnipotente virtute, simul ab initio temporis, vtramque de nihilo condidit creaturam;

Sensu que-
sitionis.

Ens omne
aliud à Deo
creatum à
Deo.

spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam. Denique id habet communis sensus Ecclesiæ. Vnde Damascenus 2. libro fidei orthodoxæ capit. 3. Quicunque inquit, dicunt Angelos conditores esse cuiuscumque substantie, ipsius diabolus sunt, eorum quidem patris. Creatura enim cum sint, non sunt conditores. Omnium vero factor & prouisor, & contentor Deus est salus. Augustinus 4. de Trinitate capite 8. Non solum malos, inquit, sed nec bonos Angelos fas est putare creatores. Et infra: Sicut in ipsa vita nostra mentem insificiam formare non potest nisi Deus, predicare autem Euangelium extrinsecus, & homines possunt, non solum boni per veritatem, sed etiam mali per occasionem: ita creationem rerum visibilium Deus interiorius operatur. Et libro nono Genesim ad literam cap. 15. Angeli, inquit, nullum omnino possunt creare naturam, solus enim unus cuiuslibet naturæ, seu magna, seu minima, creator est Deus. Et infra: Creare naturam tam nullus Angelus potest, quam nec seipsum. Et Propter in libro sententiarum, quas ex operibus Augustini decerpit, continenturque ad finem tertij tomij operum Augustini, sententia 146. Nullus, air, quamvis minima natura, nisi Deum, creatorem credi, aut dici licet ab aliquo. Quia etiam si Angelii iussi vel permisisti adhibeant operationem suam rebus, que gignuntur in mundo, tamen non sunt creatores animalium, quam nec agriculte frugum atque arborum, Cyrillus præterea libro 2. contra Julianum. Os, air, esse diaboli, qui dicit, Angelos creantur aliquam creaturam. Accedit quod, vi Faber Stapulensis ad verba Damasceni relata, recte adnotauit, Sancti, inter cetera, hoc etiam videntur argumento ad probandum filium & Spiritum sanctum esse Deum quod creent: ea autem ratio nulla sane esset, si creatura vim ad creandum habere posset: id quod Damascenus verbis illis satis aperte innuit. Accedit, quod ipse Damascenus cum de Angelis dixit: creatura cum sint, non sunt conditores: aperte innuit pugnare, aliquid creatorem esse rei aliquius, & creaturam.

Auicenna erat circa regnum creativum.

Non defuerunt tamen, qui dixerint, etiam creaturas creasse. Nam prater quosdam alios Philosophos, Auicenna quanto libro sua Metaph. cap. 9. in eo fuit errore, vt diceret, Deum immediate solam primam substantiam separatam creasse, & ab hac aliam, usque ad ultimam, ab ultima vero creatam fuisse substantiam orbis. Animal illius à substantia vero orbis creatam fuisse materiam in superiorum corporum. Hereticos, qui affirmant, aliud à Deo res creasse, articulo primo questionis præcedentis, retulimus.

Si nunc queras, in quo sensu ex paulo ante explicatis, querar. Diu Thomas in hoc articulo, utrum solius Dei sit creare: Respondeo, querere in posteriori sensu, in quo non est error in fide assertore, non est proprium Dei creare propria virtutem: quin potius Durandus in 2. distin. 1. questione 4. asseverat. Quanquam re ipsa nulli rei creare communica sit vis ad creandum, Deum tamen efficere posse creaturam adeò perfectam, vt virtute propria creare possit: non quidem omnia, quæ diuina potentia creari possunt (sic enim & scilicet & infinita alia se ipsa perfectiora, quæ Deus sua potentia absoluta creare potest, posset etiam ipsa creare, quod constat esse fallum) sed solum aliqua.

Argumentatur Durandus.

Principiū rationes Durandi ha sunt. Argumentatur primò, si Deus efficere non posset creaturam, quæ virtute propria crearet, id ex eo esset, quod ad creandum virtute propria necessaria esset virtus infinita, quæ in creatura esse nequit: sed ad creandum virtute propria necessaria non est virtus

A infinita: ergo Deus efficere potest creaturam, quæ propria virtute possit creare. Maior manifesta est tum quia ab aduerteri ea redditur ratio: tum quia cum data creatura quantæcumque virtutis naturalis ad agendum, Deus sine termino possit efficere aliam, ac aliam in duplo, & in quadruplo: maioris virtutis, atque adeò quantæcumque virtutis infra infinitam: sanè si ad creandum necessaria non esset virtus infinita, Deus efficere posset creaturam, quæ propria virtute creare posset. Minorem probat Durandus, quoniam si ad creandum necessaria esset virtus infinita, maximè propter infinitam distantiam, quæ cernitur inter terminos creationis, nempe interens & nihil: & quia qualis est proportio distantie ad distantiam inter terminos productionis, talis esse debet virtutis ad virtutem cause efficientis, quæ rem aliquam ex aliquo termino debet producere: vt aduersarij affirmant. At in primis, inquit Durandus, *creatio propriæ non est inter terminos quod in ea, vt non datur subiectum, ita propriæ loquendo, nec terminus a quo, vt supra dictum est.* Deinde, *sic ad multianus epis, quod creaturam, putat lapidem, & nibil, esse terminos creationis lapidis, samel latitudine, que est inter eos, nec est maior, nec aliis, quam latitudine perfectionis lapidis, quam confitat esse finitum: ergo ad creandum propter virtute necessaria non est virtus infinita.*

Postremus nos probate etiam eamdem minorem, in primis hoc alio argumento, quod sit hoc loco secundum. Quando virtus est ex ordine & genere causarum, que producere possunt aliquem effectum, sicut ut illum producatur, satis est, si uniuersa ea sit, quod si tanta, quantus est effectus: si vero sit aquiuoca, satis est quod sit maior & perfectior, neque vero requiritur infinitus excellus supra effectum: ergo vt creatura aliqua propria virtute create possit finitum aliquem effectum, non indiget virtute infinita.

Deinde hoc alio, quod sit tertium. Quando Deus *Tertium.* aliquid creat, non applicat infinito modo, sed finito, tamen potentiam infinitam: ea namque de causa neque infinitum multitudine, neque magnitudine, neque perfectione producere potest, quia nequit applicare infinitam vim infinitam, quam habet ad agendum: sed ad producendum, quod virtus infinita finiter applicata producit, satis est virtus finita: quandoquidem influxus in effectum, qui à virtute infinita finiter applicata emanat, est finitus, potest quæ virtute finita emanare aequalis, immo maior influxus: si namque Deus influxu ut tria, moueret se solo primum mobile velocitate vt tria (quod potest sua omnipotencia eo solo influxu & velocitate mouere) sanè Angelus sua vi naturali posset illud mouere longè maiori velocitate, vt de facto mouet: ergo ad creandum satis est virtus finita: Vis huius rationis in eo est posita, quod virtus finita, & virtus infinita finiter applicata, aequipollere possunt quodam quantitatatem influxus, & actionis in effectum, immo finita poterit interdum superare infinitam, & ob id virtus finita poterit interdum producere, vel tantum, vel etiam maius aliquid, quam producere virtus infinita, certo finitómodo applicata.

Quarto, argumentatur Durandus. Non minus *Quarto.* potest Deus efficere, dum agens naturale producit aliquid accidens, vt accidens illud accipiat illicitum: esse ab agente naturali extra subiectum, Deo supplete tunc causalitatem subiecti, quam possit efficere, postquam fuerit productum, vt conferetur sine subiecto: sed hoc secundum potest, supplingo & compensando per nouum influxum in genere causalitatem causalitatem materialē subiecti, immo quotidie id efficit in sacramento altaris:

altaris: ergo poterit etiam efficere primum; influen-
do vñ cum agente naturali in accidentis producen-
dum, compenſandōque per summum influxum specia-
lem in genere cause efficientis, causalitatem ſubie-
cti. Atqui tunc productio talis accidētis eſſet crea-
tio: quippe cū ſi productio illius de nihilo, id
eſſet, non de aliquo tamquam de ſubiecto: ergo agens
naturale virtute propria poterit creare.

Quinto. Postrem possumus ita argumentari. Quando ex
ſpeciebus sacramentalibus generatur aliquid, vel
actione caloris nativi in ſtomacho, vel aliqua alia
ratione, producitur de nouo materia prima rei, qua
eo modo generatur quippe cū genitum illud ma-
teria conſet, ea vero, qua fuit in pane ante confe-
rationem, defuerit eſſe per confeerationē & tran-
ſubſtantiationem ſubſtantia panis in corpus Christi
ſub illis ſpeciebus; ſed productio illa eſſet creatio, vel
cerē creationi & qui pollet: eó quod materia illa nō
producatur de aliquo tamquam de ſubiecto, in quo
recipiatur, quin poteſt illa ſi primum ſubiectum,
tam formē eius, quod generatur, quam accidentium
ipsius: neque producitur ab alio, quam ab agente
naturali, quod corrumpit species, ex eis que non ſe-
cunt generat rem illam, ac eām generaret ex pane, fi-
tunc eſſet ſub eisdem ſpeciebus: ergo agens natura-
le creare potest propria virtute.

Cause pro-
pria virtute
naturae, que
non ſi Deus,
potest conve-
nire.

His non obſtantibus amplectenda nobis eſt con-
traria ſententia qua dicit, nulli rei, quia non ſit Deus,
conuenienti poſſe vim creandi propria virtute. Ea eſt
D. Thoma hoc loco ac aliis, & communis Schola-
ſticum, eam ſequuntur Aegidius quodlib. 5. q. r.
Henricus quodlib. 4. quæſt. ultima, Scorus in 4. diſt.
1. quæſt. 1. Ochamus quodlib. 2. quæſt. 9. & in 21
diſt. 1. quæſt. 7. Gabriel ibidem quæſt. 4. & plerique
tam ex D. Thoma & Scori ſectatoribus, quam ex
ſecta Nominalium. Imo & Patres eam communiter
amplectuntur, ut ex corum testimoniorum ſuprā rela-
tis conſtat. In eadē mea eft Magister in 4. diſt. 5.

Eamdem probat D. Thomas hoc loco hac argumen-
tatione. Effectus vniuersaliores in cauſa vniuer-
ſaliores ſunt reducēditi eſſe, ſeu ens, eſt effec-
tus vniuerſalissimus: producerque ens, non qua-
taleyel tale ens eft, ſed quatenus ens, eſt creare: ergo
ſolitas primas, & vniuerſalissimas cauſas, quia eft
Deus, eſt creare.

In maiori intelligit D. Thomas, effectus vniuer-
ſaliores in predicando reducēditi eſſe in cauſa
vniuerſaliores, non in predicando ſed in eſſendo &
cauſando: ut ens, effectus vniuerſalissimus in predi-
cando, reducitur in Deum, qui eft cauſa vniuerſalif-
fima, non in predicando, ſed in eſſendo & cauſando.
In eadē autem maiori, atque in minori, loqui-
tur D. Thomas de productione effectus, non quo-
cumque in eodem, ſed per ſe, iuxta ſentium explicatum
artic. 2. quæſtions precedentis, hoc eft, non ex al-
quo in quo praefeter ratio eius, quod producitur,
producere autem hoc modo ens, eſt creare, quia eft
producere ens ex nihilo: vt ibidem explicatum eft
atque hoc pacto vñ D. Thomas, producere ens,
eſt effectum proprium Dei, neque negat cauſas ſea-
cundas attingere ens alio modo: quo modo ſi ratio
nem D. Thoma intelligas, cefiant multæ ex obie-
ctionibus Scoti, quibus eam in 4. diſt. quæſt. 1. im-
pugnat, quas Caſtanus hoc loco, Ferrariensis 2. ce-
tra gentes, cap. 21. & Capreolus in 4. diſt. 1. quæſt. 37
ſoluere nituntur.

Obſerua tamen, minorem propositionem Dñi
Thomas non videri vniuerſim veram, producere
namque per ſe animal, quam animal, aut viuens quam
viliens, iuxta ſentium explicatum, non reducitur in

A cauſam aliquam vniuerſalem in eſſendo & cauſan-
do, ſed cauſae particulares ſunt, que proutendo ex
ſemini animalia ſibi ſimilia, producunt per ſe ani-
mal: quippe cum producant illud ex non animali,
cum ſemini animal non ſit. Quod ſi quis dicat pro-
positionem D. Thoma in intelligendam eſſe de cauſa
vniuerſali, ſue in predicando, ſue in cauſando,
animalque in comuni produci per ſe ab animali,
& viuens à viuente. In priuis ſectatores D. Tho-
ma non ſic eam expoſunt. Deinde propositio eo
modo expoſita non inſertuit inſtituto D. Thoma:
tum quia animal per ſe producitur etiam à non ani-
malis: nempe à ſole, qui ex non animali producit ani-
mal, quando ex putredine veriem aut murem pro-
ducit: tum vel maximè, quia ut propositio illa in-
ſertuia inſtituto D. Thoma, ſic eft intelligenda, ut
effectus vniuerſalis per ſe ſolum producatur à cauſa
vniuerſali, non vero à cauſis particulares: alio-
quin ex illa non ſequitur ſolam cauſam vniuerſaliſſimam, que eft Deus, producere per ſe ens, quia
ens eft, atque adeo ſolam illam creare, non vero cauſas
particulares. In instanti vero contra illam ad-
ducta, non ſolum animal in comuni generat per
ſe animal, iuxta ſentium explicatum, ſed etiam ani-
malia particulares, que ſunt cauſae particulares ani-
malis. Quare exiſtimo propositonem D. Thomæ in
ſolo ente in comune veram eſſe. Id vero ex eo pro-
uenire, quod propter ſum maximam vniuerſalitate-
tem, ut producatur per ſe, necesse eft, ut producatur
ex nihilo: ad quod longe maior virtus requiriſſit,
quam ad proutendum ex aliquo ſubiecto, neque
minor ſufficit, quam quæ eft in prima cauſa.

Praterminus vero aliis rationibus, quas Scotus &
alii ad probandum candem ſententiam conſiunt, E
potiſſima inter omnes eft illa, quam tangit D. Tho-
mas hoc loco in reſponſione ad terrum, & quam
nos quinto loco latius propositum ac explicauimus
quæſt. 7. quia ſcilicet ad proutendum ex ni-
hilo requiriſſit virtus infinita, non quæcumque, ſed
illimitata, qua ſoli Deo optimo maximo poterit con-
uenire, addendo confirmationem, quam illi adiu-
ximus. Nempe quod cum tam multa, tam precla-
ra, ac tam magna vires ad agendum, & in ſubſtan-
tia incorporeis, & corporeis à Deo condite ſint,
nullaque earum, vel materiam primam, quia tam exigu-
a eft entitas ac perfectionis, vel quancumque
aliam rem, ſuę patet, ſue magna entitas, creare
poſlit, ut Catholicci omnes Doctores, etiam Duran-
dus ipſe, conſentunt: ſignum magnum, ne dicam
evidens, eft ſolus Dei proprium eſſe condere res
de nihilo, idque careris rebus ſupponere, in quod
ergo, atque de eius potentia ſuos effectus educantur,
quasi quemadmodum ſolus Dei eft a nullo alio pen-
dere in ſuę, ita proprium ſit ipſius, ut operetur
independenter à fundamento & ſubiecto aliquo
præxiftente, qitod influxum actionemque ipſius
tuiſcipiat. Lege rationem pricipiam loco citato, ne
inutiliter hoc loco repetatur. His accedit, quod res
omnes creare non niſi per potentias accidentales,
quas habent, eſſentis, ſubſtantiaque ſuis ſuperaddi-
tas, immediate operantur, nec immediate attingunt
tamquam effectus, niſi accidentia, & per accidentia
ſubſtantias, ut inductione patet: accidentia autem
omni proutum exigunt ſubiectum, in quo ſint
tamquam in fundamento, de cuius potentia ulterio-
res effectus ſubſtantiales producuntur.

Ad primum ergo argumentum Durandi con-
ſentia maiori, neganda eft minor. Ad probationem
vero dicendum eft, non eſſe illam rationem, quare
ad eſſendum neceſſaria ſit virtus infinita in agente,
Ad primum
argumentum
parte oppo-
ſita.

neque eam reddidisse D. Thomam, in quo Durandus, Scotus, & plerique alij decepti sunt: sed quoniam maius est, maioresque virtus requiritur ad producendum effectum aliquem finitum ex nihilo, quam ad producendum illum eundem ex subiecto, quantumcumque potentia illius subiecti elongata sit ab actu illius effectus proper contraria impedita, aut aliare causam similem: quare cum ad producendum effectum de potentia subiecti elongata in infinitum ab actu illius effectus, necessaria sit in causa agente virtus infinita: sit, ut ad producendum eundem, vel quemcumque alium effectum de nihilo, necessaria sit etiam in causa virtus infinita, ut illa quæst. 7. proposita latè deduximus. Itaque causa quare ad creandum rem finitam necessaria sit virtus infinita in causa efficiente, non est latitudine perfectionis rei producendæ, quæ finita est, sed modus eam producendi de nihilo, nullòve presupposito subiecto: qui modus potentiam perfectionemque infinitam ac illimitatam ad certam speciem, in causa efflagitat.

Ad secundum. Ad secundum dicendum est, antecedens esse verum de virtute & causa, quæ producere potest effectum presupposito subiecto, de cuius potentia passiva illum educat: ecce autem de virtute & causa, quæ producere illum possit ex nihilo: hæc enim rationem modi producendi, necesse est infinito intervallo superare effectum producendum. Sanè, si argumentum vim haberet, probaret etiam potentias naturales, quas Deus de facto condidit, posse producere de nihilo suos effectus, quod & falsum est, & nullus Catholicorum concedit.

Ad tertium. Ad tertium dicendum est. Quamvis Deus, cùm rem finitam creat, nō applicet suam virtutem, quam infinitam ad agendum habet, infinitè, sed finitè: vt tamen ab ea emanat qualitas, seu modus influxus, qui ad producendum ex nihilo est necessarius, requirit, ut ea in se infinita sit: quoniam nulla finita, immo nec infinita, si ad certam speciem esset limitata, vt sunt omnes creatæ, ad id sufficeret. Vnde ad argumentum in forma, concessa maior, ad minor, dicendum est illam esse veram, quando causa infinitè applicat suam virtutem ad influendum influxu eiudem rationis, & speciei cum influxu causa finita, vt quando applicat suam virtutem ad producendum ex subiecto & materia effectus eiudem rationis cum suis, quos causa secundæ possunt efficere, ut ad calefaciendum, aut mouendum secundum locum corporis: ecce autem quando finitè applicat suam virtutem ad influxum alterius rationis, sibiique proprium, sive ratione modi, quia producit nullo presupposito subiecto, qui effectus proprius est prima causa, virtutisque illimitata, vt ostensum est, sive ratione rei producta, quia producit effectum supernaturalem, vt gratiam, lumen gloriae, &c. Licet ergo quo ad intentionem influxus, tantus possit emanare à causa secunda, quam Deus creavit, aut potest creare, quantum emanat à sola causa prima applicante finitè suam virtutem ad actionem, aut effectum sibi proprium, non tamen potest emanare quo ad qualitatem, & speciem influxus. Atque ita cessant, quæ adducuntur in probationem minoris, quæ omnia solum habent vim comparatione influxuum eiudem rationis ac speciei. Sanè si argumentum vim haberet, eodem probari posset, nullam esse rationem influxus & effectus, qua Deus non potest efficere proprium effectum alicuius causæ secundæ, quam crearet.

Ad quartum. Ad quartum concedendum est totum. Neque enim negamus, si supplet Deus causalitatem sub-

Aieci per suum influxum in genere causæ efficientis, per quem vñà cum causa secunda influat in effectum proprium ipsius secundæ causæ, faciatque illum existere extra subiectum, causam secundam per suam virtutem naturalem posse vñà cum Deo producere effectum illum de nihilo, atque adeò partialiter vñà cum Deo illum creare. Exempli gratia, non negamus, si Deus influat vñà cum igne ad producendum calorem, compensante per suum influxum particularem causalitatem subiecti, atque adeò officia calorem illum independentem à subiecto, non negamus, inquam, eo supposito, ignem producere posse extra subiectum eum calorem, quem in subiecto produxit, si adfuerit subiectū, Deinde reliquisset res suis naturis. Ignem namque producere eo modo calorem, est virtute, quantum est esse, producere illum ex subiecto, dependenterque à subiecto: quandoquidem Deus sua peculiari & propria virtute efficienter compensat concursum, causalitatēque subiecti. Dixi, causam secundam tunc partialiter creare: quoniam non aliter potest Deus supplere, compensante causalitatem illum, quam efficienter per particularem ac sibi propriam influxum in effectum. Quòd si causa secunda producta sit effectum extra subiectum, Deus aliter, quā per solum concursum generalem, debet efficienter concurrens ad eum effectum producendum, ac proinde, ut non sola causa secunda sit particularis causa illius creationis, sed etiam Deus. Imò vero productio illa, non ex influxu causa secunda, sed ex influxu causa primæ habet, quod sit creatio. Quæ omnia non satis aduertisse videtur Durandus loco citato.

E illud obiter admonuerim hoc loco. Cùm materia prima, ut conferuerit, pendent naturaliter à forma, ita nimirum, ut si denudata omni forma substantiali relinqueretur suæ naturæ, continuo in nihilum euaneferet: cùm item annihilatione presupponat rem in nihilum redigendam existere ante annihilationem: sanè ex eo quod concederetur rem aliquam creatam vi sua naturali concurrere posse ad annihilationem alicuius corporis, non sequeretur simil modo cōcurrere posse ad creationem. Etenim actio rei creatæ, quæ virtute propria efficienter causaret eam annihilationem, habet subiectum praexītis in quo recipietur, quod de creatione dici non potest: & cùm res creata efficere posset separationem formæ substantialis à materia, vel per extinctionem aut extractionem carum dispositionum, à quibus unio talis formæ cum materia penderet, vel etiā per extractionem ipsius in formæ, quasi per impulsum, & motum localem, mirandum non est, si concedatur, Angelum, aut aliam creaturam expellere posse formam substantialiem à materia, non relinquendo in ea dispositiones ad aliam formam, in etiā modum, relinquente Deo res omnes suis naturis, efficeri propria virtute annihilationem totius compotiti, aut certè efficere eam partialiter, expelliendo formam substantialiem à materia. Deoque relinquente materiam suæ naturæ, atque denegante concursum suum, ut in eam introduceretur, producereturque alia forma.

F Ad quintum prætermis aliis opinionibus, quæ suo loco ostenduntur esse falsæ, dicendum est, manu scripta, ut illam tunc reproduci, ac supponi accidentibus & formæ substantiali rei generanda à solo Deo, non vero à causa secunda, ut suo loco latius ostenderetur.

DISPV

Vtrum creatura, sicutem tamquam instrumentum, possit diuinam potentiam attingere creationem alicuius rei.

*M*agister in 4. dist. 5. §. vltimo affirmat. Eamdem sententiam secutus est D. Thomas in 4. quæst. i. artic. 3. quæstioncula 3. ad quartum, & in 2. dist. 1. quæst. i. artic. 3. & Gabriel in 4. dist. 1. q. 1.

Staderi autem potest primò. Quoniam non minor virtus necessaria est ad efficiendam incarnationem, quam ad creandum: sed creatura virtute diuina potest tamquam partialis causa efficienter attingere incarnationem, imò videtur ad illam beata Virgo de facto fuisse cooperata: ergo diuina virtute poterit creatura tamquam instrumentum Dei attingere alicuius creationem.

*S*ecundò, sacerdos tamquam minister Christi per verba confeccationis attingit efficienter transubstantiationem panis & vini in corpus & sanguinem Christi: sacramenta item nouæ legis, & ministri, à quibus conficiuntur & applicantur, attingunt efficienter productionem gratiæ, & remissionem peccatorum: sed ad hos omnes effectus non minor virtus requiritur, quam ad creandum, nec creatio difficultior est, aut admirabilior effectus, quam illi alii: ergo creatura diuina potentia attingere potest creationem tamquam Dei instrumentum.

*T*ertiò, ignis inferni corporeus diuina potentia torquet res spirituales, ac demonibus, animabusque damnatis segregatis à corpore tristitiam spiritualem tamquam instrumentum diuinæ instituti impressit: sed id non minus difficile est, quam creare, neque minus est supra naturam ignis corporis, quam sit supra naturam nobilissimæ alicuius creaturae creare: ergo creatura virtute diuina poterit tamquam Dei instrumentum attingere creationem.

Contra sententiam est D. Thomæ hoc loco, & ferè omnium, quos disputatione præcedentem diximus affirmat: creaturam propria virtute non posse creare. Eam probat hic D. Thomas, quoniam causa instrumentalis non participat actionem cause superioris, nisi quatenus per aliquid sibi proprium operatur dispositiuè ad effectum principialis agentis: sed creatura per id, quod est sibi proprium non potest operari aliquid dispositiuè ad effectum, qui per creationem producitur: ergo neque instrumentaliter virtute Dei potest creare. Maiorem probat, tum exemplo securis, qua scindendo lignum, quod habet ex sua propria forma, illud figurat forma scanni, que est effectus proprius principialis agentis: tum etiam quia si instrumentum nihil efficeret secundum id, quod sibi est proprium, frustra adhiberetur ad agendum, neque oportaret esse determinata instrumenta ad certas & determinatas actiones. Minorem probat, quoniam id, quod producitur per creationem, debet produci ex nihilo: quo sit, vt nihil derit, quo creatura, per id quod sibi est proprium, possit disponere ad effectum creationis.

*R*atio hæc multis impugnatur ab Scoto in 4. dist. 1. q. 1. quibus profecto sectatores D. Thomæ vi per alterius agri satisfaciunt. Et quidem maior illa dispositio, quid sibi proprium operatur dispositiuè, ad effectum principialis agentis.

A imprimatur ei ab artifice, aut ab alio eam mouentre, id quod in hunc modum offendit. In primis durities, quæ est in ferre, & quod ferrea sit, non est qualitas efficiens, sed resistens, quia namque durities ferri plus resistit, quam durities ligni, imperiusque ac vis impressa ferre superat resistentiam, qua durities ligni resistit, inde est, quod ferrea scindit lignum, duritie ferre nihil omnino agente, sed superante dumtaxat resistentiam, qua durities ligni resistebat (id quod necessarium erat, ne vis impressa ferre depelleret potius partes à ferre, quam à ligno.) & sola vi ab artifice impressa ferre depellente, ac extrahente partes ligni. Deinde forma ferre, quoad dentes illos, non est qualitas efficiens, sed solùm inservit scissioni, quatenus unusquisque dens, modicum quid attingit, quod facile superatur à vi impressa, & ob id faciliter extrahitur, atque alio ac alio dente succedente facilius per partes extrahuntur ramenta illa ligni, quam si vis imprimetur simul portione maxima. Denique acumen tam ferre, quam gladij, aut cuiusvis alterius instrumenti, non est qualitas efficiens, sed solùm inservit scissioni, quatenus quod acumen est maius, tanto instrumentum minorem partem rei scindendæ attingit, que proinde minus resistit scissioni, faciliterque superatur à vi impressa instrumento. Quando vero instrumentum est obtusum, attingit maiorem partem rei scindendæ, que proinde plus resistit, difficiliterque superatur à vi, quam agens impressit instrumento, eaque de causa difficilius efficitur scissio. Non ergo est necesse instrumento inesse vim propriam, qua dispositiuè cooperetur ad effectum principialis agentis, sed satis est vim solam à principali agente illi impressam operari, in instrumentoque eis meliores, accommodatioreque qualitates seu dispositiones, ut vis ab agente principali impressa melius operaretur, & suā effectum consequatur, ut de ferre, alisque artium instrumentis explicatum est: durities namque, acumen, & forma ferre quoad dentes, solūm sunt dispositiones, sine quibus vis impressa ferre ab agente principali, aut non scinderet, aut non æquè bene, non vero sunt qualitates efficienter concurrentes, ut explicatum est: neque ostendetur quippiam aliud, quod ferre proprium sit, efficienterque ad scissionem concurrat.

*S*ecundò non videtur vera eadem maior, quoniam quando artifex per ferram scindit lignum, ut illud modo aliquo figuret, non solūm forma, sed etiam scissio, que ad figurandum ordinatur, est effectus artificis, atque artis, quippe cum ars non solūm modum formæ inducendæ, sed etiam modum scindendi, & illa inducatur, præscribit, quod sit, ut non solūm forma, que in lignum inducitur, sed etiā scissio, ad illam inducendam sit effectus principialis agentis, & cum ferre nihil ad scissionem operetur dispositiuè, quod sit scissione prius, efficitur etiam, ut hoc quod instrumentum participet actionem principialis agentis, necesse non sit, ut instrumentum operetur aliquid prius dispositiuè.

Confirmatur haec ratio, quoniam nihil omnino est in effectu, quod si ab instrumento, & non ab artifice, quin potius scissio ipsa, forma, qua inducitur, & totus vniuersus effectus, & est ab artifice & à ferre, totalitate effectus, ut vocant, ab artifice quidem, ut ab agente principali mouēte ferram, & per impulsum eam ad opus applicante, & à ferre tamquam ab instrumento. Ex quibus concluditur instrumentum nihil prius operari dispositiuè. Quod si dicas, operationem præuiam instrumenti, quam D. Thomas hoc loco exigit, celi quidem simul tempore

pore ab agente principali, nihilominus, quatenus proficietur ab instrumento, esse priorem scilicet, quatenus est ab agente principali, ut hoc loco dicere videtur Caietanus. Contra hoc ita argumentor. Instrumentum non mouet, nisi motum, & applicatum à causa principali; ergo prior est motio à causa principali, quam à instrumento, aut certè non est posterioris à causa principali. Accedit, communè esse Philosophorum proloquim, quando causa principalis, ac superior concurreat simul cum inferiori, non prius attingi effectum ab inferiori, quam à superiori, immo Scotus & Caietanus dicere videntur, attungi prius à superiori, vt ex iis quæ quæst. i. artic. 2. diximus confitam.

Tertid non videtur vera eadem maior, quoniam in exemplo à D. Thoma in hoc articulo adducto, quando aer per virtutem receptam ab igne producit ignem, aut aqua per calorem receptum ab igne calefacit, vel aer per lumen receptum à sole instrumentaliter producit lumen in parte, nihil præviū operantur, maximè aqua, quando instrumentaliter calefacit, & aer quādō per lumen receptum instrumentaliter illuminat, ergo vt instrumentum aliquid producat, necesse non est, per aliquid sibi propriū, prius aliquid dispositū operari, sed satis est, si per solum influxum, ac virtutem ab agente principali receptam immediate producat effectum, eoque pater dicere quis posset, creaturam à Deo per suum influxum eleuatam posse instrumentaliter creare, non fecit ac Caietanus affirmit, humanitatem Christi similiiter à Deo eleuatam instrumentaliter, non solum ad modum causarum moralium, sed etiam ad modum causarum naturalium, attingisse efficienter miracula. Similique modo sacramenta nouæ legis, ministrisque à quibus illa efficiuntur & applicantur attingere efficienter productionem gratiae. Hoc loco reuoca in memoriam duo illa genera instrumentorum, de quibus quæst. 8. artic. 1. disputatione ultima locuti sumus, discrimenque, quod inter illa constitutum: inserviet namque id non parum ad hanc melius intelligendam.

Parissima ergo ratio, qua probari potest conclusio proposita, est: quoniam vt aliquid immediate creer, ac producat ex nihilo, necessaria est in eo virtus infinita, vt disputatione precedente ostensum est: in instrumento autem, neque per potentiam diuinam esse potest virtus infinita: quod sit, vt nec instrumentaliter creatura illa creare possit. Conferri potest hac ratio, quoniam, omne id per quod creatura elevari potest à Deo ad operandum instrumentaliter, est quid creatum formaliter existens in creatura: sed nulla creatura potest creare suapte natura atque virtute propria: ergo etiam nulla creatura elevari potest à Deo ad creandum immediate tamquam instrumentum ipsius.

Ad primum ergo argumentum in contrarium, concessa maiori, neganda est minor. Ut enim, quoniam agens naturale producere possit accidens, efficiere tamen non potest quidem tamquam instrumentum Dei, vt sine subiecto, quia prius quod accidens, ab agente naturali productum, extra subiectum existat, & solo influxu particulari Dei provenit supra ipsius naturam, quo illi efficienter confert idem esse independenter à subiecto, faciisque proinde illud in seipso existere: ita etiam, quod natura humana Christi (qua ipsi relicta existere debebat in proprio supposito) dependeat ad alienum Verbi diuinum, illique quasi inexsistat, prouenit à solo influxu totius glorioissime Trinitatis, quo illi altissimo quodammodo admirandoque modo, efficienter

A confert illud idem totum ipsius esse, sed dependenter, suprà id quod natura ipsius habet, ad Verbum diuinum. Influere autem illi intimè, hoc altissimo ac stupendo modo, illud idem esse, supra id quod natura ipsius habet, solius est. Dei virtuteque est conferre illud nullo præsupposito subiecto (vt tertia parte quæst. 3. artic. 1. dicebamus) eo quod totum intimè novo modo illi conferat, longè excelleniori & altiori modo, quam si illud ipsum ex nihilo procrearet. Quo loco obserua, adorandissimam Trinitatem per influxum creationis, saltem sine nouitate effendi perpetuo conferte materie & anime Christi esse naturale, quod habet, & simul etiam longè excellentiori, mirabiliorque influxu, perpetuo intimè illis influere illud, idem esse dependens ad Verbum diuinum, supra id, quod esse illius materie & anime sacramentissima suapte natura habent. Beata ergo Virgo concurrit quidem ad generationem humanitatis Christi, atque adeo ad generationem Christi, qua ex unione materie cum forma in utero ipsius sacramentissimo resulsauit, non verò ad actionem assumptionis humanitatis, partiumque illius, ex qua actione & assumptione pendens fuit, vt ex unione illa anima cum corpore generaret Christi, qui similiter Deus esset & homo, resularet, atque adeo vt beata Virgo esset mater Dei, vt tertia parte latè explicauimus.

Ad secundum dicendum est, facerdotem, formam confecrationis, & sacramenta nostra legis, esse quidem instrumentales causas illorum effectuum in fluxo causarum moralium, non verò in fluxo causarum naturalium, quidquid Caietanus & alijs dixerint, quod suo loco explicabitur, ac ostenderet, similique modo rem creatam diuinam virtutem esse post causam creationis modo morali, vt si Deus contulisset propter preces Christi, aut alicuius alterius iusti creare hunc vel illum Angelum, aut hanc vel illam creaturam corpoream: tunc enim Christus, quod humanitatem, aut pura creatura, efficit moralis causa creationis. Quod autem negamus est, creaturam modo causarum naturalium ulli ratione attingere posse creationem.

Ad tertium, concessa maiore, ad minorem ita respondendum est, licet utrumque effectus sit supra naturam caularum secundarum: attamen cum ignis verò torqueat, & cruciet hominem corpore & anima constantem, imprimendo corpori calorem, coque dissolendo complexionem, constitutionemque naturalem illius, atque ea via dolorem ac sensationem inferendo, concurrente simul sensu extero ad illius doloris perceptionem, cum deinde concurrente sensu interno, & appetitu sensitivo, nec non intellectu & voluntate, afflictionem, tristitiam, & angorem maximum in appetitu sensitivo & voluntate faciat, profectò cum Deus supplere possit influxum potentiarum, & effectuum intermediorum, poterit influendo simul cum igne immediatè in intellectum & voluntatem animæ separatae, eisdem effectus in illis efficere, quos ignis efficeret, si talis anima unita esset corpori, ignisq; produceret prius calorem in corpore, eoque mediante carceros effectus, quo utrumque effectum illum intellectus & voluntatem attingeret, atque ita poterit influendo per suum influxum particularem, non quidem in ignem, sed in intellectum & voluntatem damnati, eleuare ignem corporeum, vt immediate in intellectum & voluntatem animæ separatae sua propria virtute producatur partialiter cumdeum illum effectum, quem afflictionem, tristitiam, & angorem vocauimus: quem per intermedios effectus, si anima

Ad primum
argumēnum
partus aduer
sa.
Accidens vt
sine subiecto
existat, solus
Deus potest
efficere.

Vnita esset corpori mediætè produxisset in intelle- A
ctu & voluntate, qua ratione poterit per ignem in-
fernani animam immediatè cruciare, quod idem est de-
demonibus asterrendum. Quare ad argumentum in
forma, neganda est minor. Cum enim in creatione,
nullum subiectum detur, in quod creatura agat, &
de cuius potentia educat effectum, contradictionem
implicat creaturam creare, ed quod ad id virtus in-
finita sit necessaria. Cum vero, dum ignis inferni
reim spiritualem torqueretur subiectum, in quod
agat, Deutique suo influxu supplerre possit influxum
potentiarum omnium intermediarum, quibus in-
teruenientibus ignis naturaliter animum affixisset,
nullam sanè contradictionem implicat, si ignis cor-
poratus inferni ea ratione immediate cruciet, & tor-
querat res spirituales.

Primum D.
Thomæ hoc
loci argu-
mum.

Primum argumentum D. Thomæ hoc loco est
huiusmodi. Ex Aristotele 2. de anima, *perfictum est,*
quod potest facere sibi simile: sed creatura immateriale
sunt perfectiores creaturis materialibus: cum ergo
creaturæ materiales possint alias efficiere sibi similes,
creaturæ etiam immateriale producere sibi similes etiam poterunt: at non aliter, quam ex nihilo: ergo possunt creare.

Solutio.
Ad hoc argumentum, prætermissa D. Thomæ
responsione, dicendum est, propositionē illam Ari-
stotelis, *perfictum est, quod potest sibi simile producere,*
intelligendam est, de viventibus corruptioni ob-
noxios, non enim statim possunt generare viventia
sibi similia, sed solum cùm ad stārum perfectū
perueniunt, vt experientia ipsa docet. Quòd autem
generare possint sibi similia, supponit imperfectionem
in ipsorum natura, nempe constare materia, ex
qua præsupposita, vt possunt generare, sic generari,
aque corrupti possunt. At verò quòd viventia
immateriale, vt sunt Angeli, generare non possint
sibi similia, ex eorum perfectione prouenit, quia D
scilicet sunt simplicita, materiaque experientia, eaque
de causa non habent partem, aut aliud sibi, ex quo
sibi similia producent, eaque de causa attingi ne-
queunt à causa fecunda, que nō agit nisi in subiecto
præexistente, de cuius potentia educat effectum, sed
solum attungi possunt à causa prima, quod ad eorū
maximum nobilitatem spectat. Ex eodemque capi-
te prouenit, quod corrupti suæ natura nequeā
quod etiam ad eorum nobilitatem pertinet.

Secundum D.
Thomæ,

Secundum argumentum D. Thomæ est. Quanto
maior est resistencia ex parte facti, tanto maior vir-
tus requiritur in faciente, sed plus resistit contra-
rium, quam nihil: ergo maioris virtutis est facere
aliquid ex contrario, quam ex nihilo, atque adeo
creatura, quæ producit ex contrario, poterit pro-
ducere ex nihilo, ac proinde creare.

Ad hoc argumentum neganda est consequentia:
quoniam maior virtus in agente non solum requiri-
tur propter maiorem resistentiam passi, sed etiam
propter modum faciendi de nihilo, aut de aliquo.

Tertium.
Tertium argumentum est, virtus faciens con-
sideratur secundum mensuram eius, quod fit: sed ens
omne creatum est finitum: ergo ad producendum
aliquid per creationem non requiritur in causa ef-
ficiente virtus infinita, ac proinde creature poterit
creare.

Hoc tertium argumentum solvetur similiter, ne-
gando virutem faciens considerari solum secun-
dum mensuram eius quod fit, consideratur namque
ex parte etiam modi faciendi, de nihilo, aut de ali-
quo: quippe cùm multò plus requiratur ad produ-
cendum aliquid de nihilo, quam de aliquo sub-
iecto.

ARTICVLVS VI.

Vtrum creare sit proprium alicuius personæ.

O N C L V S I O est. *Creare est communis* Create com-
ne toti omnipotissima Trinitati, & mune est toti
non proprium aliqui personæ. Probatur *Trinitati.*

primò ex Concilio Lateranensi cap. Fir-
mier, de summa Trinitate & fide Catholica, ubi de
tribus personis diuinis dicitur: Consubstantiales &
coequales, coomnipotentes, unum uniusorum principiū
creator omnium, inuisibilium & visibilium, &c. &c. cap.
Damnamus, subfluitur: Nos autem, sacro approbatam
Concilium, credimus & confitemur, quod una quædam res
est incomprehensibilis quidem, & inestimabilis quæ ve-
raciter est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Tres simul
personæ, ac singulare quilibet eorumdem, & ideo in Deo
Trinitas est solum modo non quaternitas: quia qualibet
personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, sine
natura, que sola est omnis forum principium, preter quā
alium inueniri non potest. Hactenus Concilium illud.
Idem habetur in Concilio Tolentano VI. cap. i. &
in Concilio Tolerano X. i. in confessione fidei, de
tribus personis diuinis dicitur: Nullam sine alia, vel
exitit, vel quippiam operat am esse aliquando creditur.
Inseparabilem enim inueniuntur, & in eo quod sunt, &
in eo quod faciunt. Hec Concilium illud. Et in epi-
stola Agathonis Papæ, que habetur in sexta Synodo
actione quarta: Confidentes, inquit, Papa, sanitatem &
inseparabilem Trinitatem, id est, Patrem & Filium &
Spiritus sanctum, unius esse Deitatis, unitus natura &
substantia, sive gloriosa, unius eam praedicamus & na-
ralis voluntatis, & viri, operationis, dominationis,
maiestatis, potestatis, & gloria. In synodita sugge-
sitione 125. Episcoporum, quæ in eadem actione con-
tineatur, & tanquam Catholicæ fides, à toto Conci-
lio actione 17. suscipitur, de Patre, Filio, & Spiritu
sancto sequens haberet sententia: Quorum una es-
senzia, una natura, una aeternitas, una potestas, unum
*imperium, una gloria, una adoratio, una essentialis eius-
dem sancta, & inseparabilis Trinitatis voluntas, & ope-*
ratio, que omnia condidit, dispensat, & continet. Diony-
sius præterea 2. cap. de diuinis non inibus: Nisi to-
tan, inquit, diunitatem, vitam esse dixerint, quomodo
*verum est, sacram Verbum quod dixit, sicut Pater se-
scitat mortuos, & vivificat, ita & Filius, quos vult vi-
vificat. Et præterea Spiritus est qui vivificat? Et infra:*
Pulchrum quoque, & sapienti in tota diuinitate (hoc
est, in tribus personis) laudatur, itemque lux, & quod
Déum facit, & causa. Et paucis interiectis: Summa-
tim quidem, ut cùm dicam (Scripturæ nempe) omnia
ex Deo, latius autem & fisius, ut cùm ait quidam, omnia
per ipsum, & in ipso creata sunt: & illud, omnia in
ipso constant: & emitte Spiritum tuum & creabuntur.
Atque ut aliquis summatis dicat: Cùm diuinum Ver-
bum ipsum dixit: Ego & Pater unus sumus: & omnia
quæcumque habet Pater mea sunt: & omnia mea tua
sunt, & tua mea. Et rursus: Omnia, que sunt Patri, eis
eius etiam sunt omnia, diuino Spiritui communiter &
coniuicte tribuit diuina opera, venerationem, primam,
perpetuângua causam optimorum donorum, ac munera
tributionem. Nemantemque eorum, qui in diuinitate
Scripturarum, non depravata, corruptaque intelligētia, edu-
cati sunt, contradictrium esse arbitror, quin omnia, que
Deo digna sunt, in tota diuinitate insinui. Et infra con-
numerans, quæ coniuncte sunt & communia totius
diuinitatis, addit: Quibus addiuntur ea quæ causa
rationem habent omnia. Et Augustinus, cùm alias scep-
tum 1. de Trinitate, cap. 4. & 5. docet, tres personæ
diuinae